



**Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philip *<Eichstätt, Bischof>***

**Ingolstadii, 1617**

Cap. XIX. De reditu eius per mare, & mirabilius, quæ vidit, & fecit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](#)

## CAPVT XIX.

*Dereclus eius per mare, & mirabilibus  
qua vidit & fecit.*

Psal.54.

s.VVillibaldus  
discedit ex Pa-  
lestina.

 Vm ergo Confessor Dei VVillibaldus, magno labore actionis, & multo dolore diuersæ passionis confessus esset, ad requiem contemplationis ire aspirans dicebat: *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requiescam in otio contemplationis, pro tempore pausans à laboriosa peregrinationis lassitudine?* Et cum multa humiliatione mentis, & profunda inclinatione corporis, infusus imbre lacrimarum, benedixit Dominum, cuius gratia meruerit videre loca tamdiu desiderio magni amoris concupita. Et valedicens ciuitati sanctæ Hierusalem, ac terræ quondam promissionis, vnà cum suis collegis, ac meriti consortibus recedens ad mare venit Adriaticum, hoc est, mare magnum: ubi nauem concendit transfretare cupiens, vt ad locum quietæ commansionis perueniret; ubi Deo per amorem inhærendo, dulciter ac iugiter magis famularetur. Contigit au-

tem

TYP 143

tem frequēter, cùm transnauigarent, quod  
ventum haberent contrarium, nec non au-  
ram distemperatam; & sāuiente mari flu-  
ctibus hinc inde periculosè iactarentur.  
Tunc B. Confessor Dei VVillibaldus in ora-  
tione se prostrauit, dicens: *Exaudi nos Deus*<sup>Psal. 64.</sup>  
*salutaris noster, spes omnium finium terræ,*  
*& in mari longe. Qui a tu dominaris poten-*  
*statim maris, & cùm volueris mitigare illud,*  
*præualeſ. Fac nobis Domine ſicut ſcis, & ſi-*  
*cuit viſ. Nam ſi decreueris, continuo libera-*  
*ti erimus. Expleta autem oratione, ſereni-*  
*tatem aëris, ac tranquillitatem maris, pro*  
*voto ſemper à ſolita pietate Domini obti-*  
*nuerunt.*

Accidit etiam, vt interdum cauſa ne-  
cessitatis, interdum gratia commoditatis,  
ad interpoſitas maris insulas, vel montuo-  
ſas rupes peruenirent, vbi à venenatis ani-  
malibus Comites ſui interdum inficieban-  
tur, quos illico virtute Christi, & S. Crucis  
signaculo sanitati restituit. Viderunt nihi-  
lominus belluas maris horribiles, & mon-  
stra diuersarum ſpecierum horrenda, quæ

K 2

omnia

Ecclesi. 45. omnia verbo virtutis sibi à Deo concessso,  
ac si domestica forent, obtemperabant; ut  
de ipso dignè pronunciari possit, quodde  
Moysē legitur: *Ego in verbis suis monstrauis*  
*placauit.*

CAP V T X X.  
*Demansione B. VVillibaldi in Cassino*  
*monte Ego vita sanctitate per*  
*quinque annos.*

Cassini vigeat  
professio Mo-  
naistica. Vm autem optatum maris portum  
attigissent, in Domino gaudentes e-  
xierunt, & consilio B. VVillibaldi peram-  
bulabant loca diuersarum conditionum,  
quæritantes Eremitorium, vel Cœnobium,  
in quo, quanto ab omnibus exterioribus  
absolutiores inuenirentur; tanto propen-  
sius ac gratiosius ad seruitium Dei habilita-  
rentur. Intellexit autē vir Dei B. VVillibal-  
dus, quod in Cassino monte ex institutio-  
ne S. Benedicti Abbatis, regula monastica,  
quam olim professus fuerat, religiosissi-  
mè seruaretur. Nec immerito, cum S. Bene-  
dictus idem Cœnobium construxerit, ac  
ipsum sanctissima inhabitationis præsen-  
tia